

SERIES ALPHABETICA hujus  
VOLUMINIS.

	pag.
De Actionum cessione.	952.
in successoris universales.	972.
necessaria.	986.
Alienatione.	686.
A. R. P. G. I. G.	123.
Affecuatione.	668. b.

De Cambiis.	674.
Codicillis.	392.
Collatione.	271.
Comodato.	538.
Conductione.	612.
Conditionibus.	344.
Conubiis jure.	69. 75.
Constitutionibus PP.	45.
Contradibus innominatis.	650.
Cessione actionum.	952. 972. 986.
Civitatibus mutuo.	500.

De Decretis.	45.
Delegatione.	910.
Deposito.	550.
Denunciatioe litis.	636.
Divisionibus jure.	1.
Dominiis.	123.

De Errore.	748.
Exclusionibus.	626.
Excussiois Except.	924.

De Fidei.	704.
-----------	------

De Institutione Heredu.	309.
Inventario.	412.
Integri restitutione.	808.
juris divisionibus.	1.
juris conubiis.	75.
restitutionis.	428.
restitutionis.	884.
innominatis genericis.	650.

De Legitimatione.	83.
Legitima.	237.
Locatione.	612.
Legibus.	17.
litis denunciatioe.	636.

De Materia Fidei.	98.
Metris restitutione.	632.
Monopolis.	592.
Mutuo civitatis.	500.
Novatione.	896.
Optione.	381.

38  
686.  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA  
*De*  
ALIENATIONE,

*Quam*  
DEO Ter Opt. Max. Adjuvante  
AUTHORITATE AC DECRETO  
*Magnifici & Nobilissimi Jctorum Ordinis in*

*Alma SALANA*

PRÆSIDE  
VIRO

*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Ex-*  
*cellentissimo*

DN. IOHANNE STRAUCHIO,  
Philosoph. ac J. U. D. nec non Pandect. Profefs.  
Publ. famigeratissimo, Consiliario Saxonico, Dicafterii  
Provincialis & Scabinatus Assessore gravissimo, Dn. Patro-  
no, Præceptore atque Promotore suo æternum  
colendo,

*Pro LICENTIA*

Summum in Utroq; Jure Nobilis Doctrinæ gradum ejus-  
demque honores, Privilegia & insignia competenter ac  
ritè consequendi,

*Publico Eruditorum Examine submittit*

ANTHONIUS GUNTHERUS Brömß/

OLDENBURGENSIS.

IN AUDITORIO JCTORUM

Ad diem Aprilis.

---

JENÆ, è Typographæo JOHANNIS NISII,  
ANNO clō lōc LIII.



ILLUSTRISSIMO AC GENE-  
ROSISSIMO COMITI  
AC DOMINO

DN. ANTONIO GUN-  
THERO,

Comiti in Oldenburg & Delmenhorst/  
Domino in Ihever & Kniephausen/&c.

*Domino suo Clementissimo.*

Disputationem hanc inauguralem

Ea qua par est submissione

offert & inscribit

*Subiectissimus & Humillimus*  
*Servus*

Anton-Gunther Bröms.



I. N. D. N. J. C.

## P R Æ F A T I O.

**H**ominis, qui rerum Dominus usquequaq; audit. (omnia enim quæ in mari & terra nascuntur & ex ea proveniunt, hujus solius gratiâ comparata sunt. *Genes. cap. I. v. 27.*) quo usq; se Dominium extendat, & quod ex eo fluit; libera nempè de rebus illis quocunq; modo disponendi facultas *l. 21. C. mand.* quibus de jure civili sit circumscripta limitibus, paucis indagare est animus. Et cum omne jus nostrum civile consistat vel in acquirendo, vel in conservando, vel in diminuendo. *aut enim hoc agitur, inquit Ulpian. in l. ult. ff. de LL. quemadmodum quid cujusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel jus suum conservet, aut quomodo alienet, aut amittat.* Quare de terra & ultima hujus juris parte, de alienatione scilicet acturus, ab invocatione Nominis Divini initium facio. *pr. I. de confirmat. Institut. l. 1. § 2. C. de offic. Praef. Prat. Afric. Nov. 42. § 43.* Benè enim universa geruntur, si rei Principium fiat decens & amabile Deo. *Nov. 6. in pr.*

A 2

TRES.I.

*Alienatio-  
nis signifi-  
catus &  
Acceptio.*

**A**lienationis vocabulum sumitur vel latè vel strictè. Strictè, pro actu illo per quem dominium transfertur, sive quod idem est pro dominii translatione. *l. 1. C. de fund. dotal. Wesenb. in π. C. de alien. jud. mut. caus. fact.* Latè vero non saltem comprehendit distractionis titulum quo rei dominium transfertur, sed etiam omnem actum qui rem extra bona alicujus ponit, vel ejus usum auferret aut diminuit; ut permutationem, transactionem, pignoris obligationem, in emphyteusim & dotis dationem *c. un. §. donare, 2. F. 9. c. un. in pr. 2. F. 55. Georg. Schultz. in synops. jur. feud. cap. 10. nu. 74.* usufructus aut alterius servitutis constitutionem, rei immobilis pro alio debito in solutum dationem. *l. 15. C. de præd. & al. reb. minor.* & quamcunque promissionem & cautionem, quæ quis jus sibi in fundo competens, remittit. *Antho. Perez. ad C. de præd. & al. reb. min. n. 4.* imò omnem alienationem & contractum complectitur. *Pet. Heig. ad §. 6. 7. de action. n. 4.* & res alienata dicitur, & si dominium non amittatur, deterior tamen quovis modo conditio rei fiat. *Jochim. Mynsing. 6. obs. 30.*

*Definitio s. potius Descriptio. Divisio.* II. Quapropter mihi jam in genere de Alienatione disserturo in latiori eam significatione accipere, & cum *Cujac. in π. ad C. de alien. jud. mut. caus. fact.* ita describere lubet: ALIENATIO est, DOMINII VEL JURIS IN ALIUM TRANSLATIO.

III. Dividitur vero Alienatio in eam quæ fit in ultima voluntate, qualis est Testamentum, *l. 1. ff. qui testam. fac. poss. Legatum, §. 1. I. de legat. l. 36. ff. de leg. 2. l. 116. ff. de leg. 1. Fideicommissum, l. 2. C. commun. de leg. l. 1. ff. de leg. 1. §. 3. I. eod.* Donatio mortis causa, quæ legatis & ultimæ voluntati comparatur. *§. 1. I. de donat. l. fin. C. de don. mort. caus.* & in eam quæ fit inter vivos. *Vultej. ad §. 6. I. de action. n. 42.* Et hæc vel est gratuita, qualis est donatio propriè sic dicta *l. 1. ff. l. 29. ff. de donat. l. 82. ff. de R. I. vel non gratuita, ut emtio venditio &c.*

*Causa Efficiens.* IV. Causa Efficiens alienationis alia est Principalis, alia minus Principalis. Causa Efficiens Principalis est Lex quæ permittit alienationem. Minus Principalis est voluntas ipsius hominis. *Vultej. pr. I. quib. alien. lic. vel non.*

V. Hinc

V. Hinc fit, ut qui Dominus est, alienandi potestatem non habeat, contra verò qui Dominus non est, eam habeat *pr. R. eod.* Sic Creditor rem pignori datam, quamvis ejus Dominus non sit, §. 1. *I. d. tit.* manet enim in dominio debitoris, *l. 12. pr. ff. de distract. pign.* alienare potest *l. fin. C. de jur. domin. impetr.* adhibitis circumstantiis in constitutione hujus *l. fin. recenfitis.* Tutor res pupilli mobiles quæ servando servari non possunt. *l. ult. C. quand. decret. opus non est.* Alienare igitur possunt omnes, qui facultatem à natura vel legibus concessam liberamque bonorum suorum administrationem habent. *l. 21. C. mandat.* nec se-  
*Qui alienare possunt?*  
 nectus aut morbus obstat, *l. 16. C. de donat.*

VI. Primò, itaque Filius familias bona Castrensia & quasi Castrensia licite alienare *l. 7. §. ult. ff. de donat.* imò & testamentum de his condere potest, *pr. l. quib. non est permiss. fac. testam.* & quidem sine Patris consensu, *Berlich. part. 3. conclus. 1. n. 22.* quia pleno jure bona illa ad eum pertinent, *l. 3. C. de Castrensi. pecul. lib. 12. Donell. lib. 9. comm. jur. civ. cap. 5.* & vice Patris familias in iis fungitur *l. 2. ff. ad Scutum Maced.* suoque nomine possidet, *l. 17. §. 2. ff. ad Municip.* Cetera verò bona non nisi cum Patris consensu vel justa de causa & speciali concessione alienare potest, *d. l. 7. §. 1. 2. & 4. ff. de donat. l. 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. l. fin. §. ipsum autem §. C. de bon. que liber.* quamquam alias ex omnibus causis, paucis tamen exceptis, *l. 1. in pr. l. 7. §. 6. ff. ad Scutum Macedon.* tanquam Pater familias obligetur, *l. 29. ff. de O. & A. l. 57. ff. de judic.* & idè etiam detur actio de Peculio adversus Patrem, qui cum administrationem peculii filio permittat, tacite de ejus gesto se obligare intelligitur §. *actiones 10. I. de action. & ibi Vult. n. 10.*

VII. Secundò, Mulier jure civili res paraphernales. *l. 6. C. de revoc. donat. l. 8. C. de pact. convent.* 3. Reus capitalis criminis antè sententiam, postea verò non item. *l. 15. ff. de donat. & ibi Gothof. in margin. lit. m.* 4. Mutus & surdus: quamvis enim stipulari non possint, quia in stipulatione verba desiderantur ut alter alterum loquentem exaudiat §. 7. *I. de inutil. stipul. l. 1. pr. ff. de W. O.* alios tamen contractus, qui solo consensu constant, celo-

A. 3

brare:

brare queunt, l. 73. ff. de jur. dot. quia in illis etiam solus sufficit  
nutus. l. 52. §. fin. ff. de O. & A.

Qui alie-  
nare non  
possunt?

**IX.** Consideratis itaque his qui alienare possunt; confe-  
quens erit progredi ad illos qui alienare non possunt: cum con-  
tratorum eadem sit disciplina l. 35. ff. de vulg. & pupill. substit. pr.  
I. de his qui sunt sui vel alien. jur. Everhard. in loc. top. loc. à con-  
trariis & c. 19. Non possunt autem qui prohibentur. Prohiben-  
tur verò quidam vel naturâ vel lege. Naturâ 1. Infantes, qui nul-  
lum habent intellectum §. 10. I. de inutil. stipul. l. 70. ff. de V. O.  
2. Furiosi, l. 5. ff. de R. J. quia idem ipsis natura negavit quod in-  
fantibus l. 40. ff. eod. Intellego autem Furiosum hic, quatenus fu-  
rius est, qui perpetuo nempè morbo laborat, non qui dilucida  
intervalla habet. eo enim tempore quo sanæ mentis est, quosvis a-  
ctus celebrare potest. l. 9. C. qui testam. fac. poss. l. pen. C. de curat.  
fur. §. 1. I. quib. non est permitt. fac. testam. furore autem iterum  
superveniente Curatorem in contractu suo conjungere debet.  
d. l. pen. C. de curat. furios. 3. Mente capti; l. 23. §. 1. ff. de donat.

**IX.** Lege prohibentur, ob denegatam ipsis bonorum ad-  
ministracionem 1. Prodigii. l. 26. ff. de contrab. emt. l. 6. ff. de V. O.  
Prodigi autem in jure nostro dicuntur, qui neque tempus neque  
finem expensarum habent, sed bona sua dilacerando & dissipando  
profundunt. l. 1. ff. de curat. furios. & à Magistratu tales declarati  
sunt. l. 10. l. 16. §. 1. ff. eod. Quamvis verò alias unusquisque li-  
beram de rebus suis disponendi facultatem habeat. l. 21. C. man-  
dat. adeo ut iis etiam possit abuti, & in mare eas abjicere. l. 55. ff.  
de condit. & demonstr. cum in rei propriæ administracione culpa  
non exigatur. l. 25. §. 8. ff. de hered. petit. l. 18. §. 1. ff. solut. matr.  
l. 1. §. 1. & magis ff. si quid in fraud. patron. & nihil magis conveni-  
ens sit naturali æquitati, quam ratam habere voluntatem Domini  
rem suam in alium transferre volentis, §. 40. J. de R. D. Ast cum  
ex hujusmodi inconsultâ & promiscuâ alienacione notabile da-  
mnum in rempublicam redundare soleat: ideo legislatores fre-  
na cupiditatibus hominum non laxare, sed ne quis re suâ malè utatur,  
cavere voluerunt. §. 2. J. de his qui sunt sui vel ali. jur. l. fin. §.  
5. vers. melius. C. de bon. que liber. Heig. ad rubr. J. quib. alien. lic.  
vel non. Cum quibusdam in Regnis & Provinciis alienacionis re-  
rum



689.  
ram minus licuerint quam apud Romanos, atque etiamnum liceant, ut refert *Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 2.*

X. Prohibentur etiam. 2. Pupilli, *S. fin. in fin. §. quib. alien. licet. vel non.* qui cum per ætatem se defendere nequeant, Tutor ipsis constituitur, qui eos defendat & bona illorum administret. *§. 1. §. de Tutel.* quanquam alias omnino Tutore autore rectè agere possint *l. 5. ff. de R. J.* in his rebus quarum alienatio sine decreto non est interdicta. *t. t. C. de prad. & al. reb. min.* & se aliis & alios sibi validè obligare. *pr. I. de aut. tut.* Sine autoritate verò Tutoris non nisi alios sibi videlicet stipulando obligare possunt *d. pr. I. de autor. tutor. l. 5. §. 1. ff. eod.* quia meliorem ipsis conditionem suam facere licet, deteriore verò nequaquam, nisi cum autoritate Tutoris. *l. 38. ff. de pact.* qui si autoritatem præstando res Pupillorum diminuat, extra damnum erunt pupilli; cum rem ipsis salvam Tutor præstare debeat, *t. t. ff. rem pupil. salv. fore. l. 21. l. 23. C. de administ. tut. l. 1. §. 2. C. si tut. vel cur. intercess.* tum quod in integrum restitui possint. *l. 2. §. 1. t. C. si tut. vel curat. intercess.*

XI. Sed si absque Tutore contraxerint vel pacti fuerint, quæritur quomodo obligentur, naturaliter an verò civiliter? cum in multis juris textibus dicatur Pupillus sine Tutoris autoritate obligari, ut in *l. 1. §. 1. ff. de Novat. l. 21. pr. ff. ad L. Falcid. l. 44. ff. de solut. l. fin. pr. ff. de iurejur. l. 64. ff. ad SCtum Trebell. l. 35. ff. de recept. arbit. l. 43. ff. de O. & A. l. 3. §. 4. ff. de negot. gest. l. 19. §. 4. de donat.* Sed Resp. Cum Pupillus propter iudicii consensusque imperfectionem credatur non intelligere quid agat. *l. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. vers. impuberes C. de fals. monet.* proindè civiliter non obligari rectè dicitur, cum in obligatione maximè civili consensus iudiciumque perfectum requiratur, nisi dolo quid committat *l. 1. §. 15. ff. de pos. l. 2. ff. de fidejuss. l. 13. §. ult. ff. de dol. mal. aut ex re actio veniat, l. 46. ff. de O. & A. l. 1. pr. ff. de aut. tutor. vid. Nobilissimus atq; Consultissimus Dn. Georgius Adamus Struve, Antecessor in hac Salana famigeratissimus, & Præceptor ac Patronus meus ætatem devenerandus, in Exercit. suis ad Pandectas, Exerc. 4. tb. 20. Neque etiam naturaliter. *l. 41. ff. de condit. indeb. l. 59. ff. de O. & A. Gæd. de contmb. stipul. cap. 7. concl. 12. v. 212. & seqq. Vulreij. lib. 1. de discept. Scholast. cap. 16.**

Borcholt.

*Borholt. in tract. de mutuo cap. 3. n. 13. & seqq. Cujac. in l. 127. ff. de V. O. & lib. 17. observ. 4. nisi eo demum casu quo factus est locupletior l. 5. ff. de autor. tutor. l. 3. ff. commod. l. 3. §. 4. de negot. gest. l. 13. §. 1. ff. de condiçt. indeb. l. 1. §. 15. ff. de pos. Cujac. ad l. 25. §. 1. ff. quand. dies legat. quoniam natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiozem l. 14. ff. de cond. indeb. Vultrej. d. lib. 1. discept. Scholast. cap. 16. & ideo actio utilis ex naturali illa obligatione descendens datur in pupillum locupletiozem factum ex rescripto Divi Pii. d. l. 5. pr. ff. de autor. tutor. l. 3. pr. ff. commod. l. 3. §. 4. ff. de negot. gest. Cujac. ad l. 25. §. 1. ff. quand. dies legat. nec tamen eò ipsò ex constitutione Imperatoris Divi Pii, ex illa obligatione naturali, facta est obligatio civilis, id quod planè probat d. l. 5. pr. ff. de autor. tutor. in verb. naturaliter tamen obligabitur. Sed saltem unicus ei tributus est obligationis civilis effectus. Nobiliss. Struve in Exerc. ad Pandect. Exerc. 4. tit. 20. Pac. cent. 4. quæst. 10. circa pr. & fin. Non obst. igitur Aeges supra allegata. Sunt enim necessariò de eò casu intelligenda, quo Pupillus factus est locupletior. quod etsi in illis non exprimitur, tamen ex aliis legibus in quibus id disertè exprimitur, sumendum est, ut in l. 5. pr. de autor. tutor. l. 3. pr. ff. commod. l. 3. §. 4. ff. de negot. gest. cum in toto jure generi per speciem derogetur, & illud potissimum habeatur quod ad speciem directum est. l. 80. ff. de R. J. atque textus generaliter & indistinctè loquentes restringantur & distingvantur ex textu speciali & distingvente. Nec ad-versantur l. 127. ff. de V. O. l. 95. §. 2. ff. de solution. l. 1. ff. de novat. loquuntur enim illæ, non de obligatione respectu personæ ipsius Pupilli, ut ipsi noceat; quippe cui per speciale & personale privilegium indultum est ut non obligetur nisi locupletior factus sit, ne scilicet deterior reddatur ipsius conditio. Undè etiam in l. 41. ff. de condiçt. indeb. Ulpian. ait: Si stipulanti Pupillus promiserit & solverit, habere eum conditionem indebiti. Sed loquuntur de obligatione respectu fidejussorum, heredum & aliarum personarum obligationem novantium ut illis noceat, nec Privilegium Pupilli concessum ipsis proffit. cum privilegia personalia personam exire non soleant eorum quibus concessa & indulta sunt.*

XII. *Tertiò, Minores 25. annis quamquam rerum suarum, sint*

sint veri Domini; attamen cum inter omnes constet fragile esse  
 & infirmum huiusmodi atatum consilium, & multis captionibus  
 suppositum, multorum insidiis expositum *l. 1. ff. de minor. idcirco*  
 administratio bonorum ipsis interdicitur, quamvis bene rem suam  
 gerentibus, & curatoribus illorum committitur. *l. 1. in fin. ff. eod.*  
*l. fin. C. de legit. tut. pr. l. de curat. & sic per consequens rerum su-*  
*arum alienatio, siue Curatorem habeant siue non. l. 6. l. 7. l. 15. l. 16.*  
*C. de pred. & aliis reb. min. Magnif. Dn. Erasmus Ungepaur J. Crus*  
*& Antecessor in hac Salana famigeratissimus, Facultatis Juridicæ*  
*Ordinarius & c. Patronus, Præceptor ac Hospes meus filiali amore*  
*etatem proseguendus, in Exerc. suis Justin. Exerc. 4. quest. 10. in*  
*Nego. Inviti verò Curatorem accipere non tenentur, §. 2. J. de Cur-*  
*ant. l. 2. §. pen. & ult. ff. qui pet. tut. vel cur. l. 13. §. ult. ff. de tutor.*  
*& cur. dat. l. 6. C. qui pet. tut. vel cur. quia rerum suarum quisque*  
*ipse debet esse moderator atque arbiter, l. 21. C. mand. & justum*  
*est, ut sua quicque committantur. l. 9. C. de jude & calicol. nisi sint*  
*litigaturi, quo casu ipsis curatore opus est, §. 2. I. de cumt. l. 1. C. qui*  
*pet. tut. vel cur. l. 11. C. qui dar. tut. vel cur. quia alis legitimam*  
*personam standi in iudicio non habent. d. l. 11. C. qui dar. tut. vel*  
*cur. & t. C. qui legit. person. stand. in jud. Secundò si minori-*  
*bus debitor velit vel cogatur solvere, l. 7. §. 2. ff. de minor. Tertiò*  
*si is qui Tutor fuit rationes reddere velit minoribus. l. 7. C. qui pet.*  
*tut. vel cur. Magnif. Ungepaur. d. loc. Testamentum ramen conde-*  
*re non prohibentur, l. 20. §. 1. ff. de libent. legat. propter favorem*  
*ultimarum voluntatem: ne auferatur ipsis libera testandi facultas.*  
*Wesenb. in w. ff. de testam. n. 13. in fin. Hinc dubia & intricata*  
 suboritur questio: an Minor 25. annis ex contractu possit obligari  
 sine curatoris consensu? Distinctione opus esse cenfeo. 1. aut mi-  
 nor curatorem habet aut non habet, *l. 3. C. de in integ. rest. min.* &  
 obligatio est quæ solas duntaxat personas sese invicem obligantes  
 respicit, aut consequenter etiam res in contractum deductas. 2. aut  
 meliorem conditionem contrahendo fecit aut deteriozem. Prio-  
 ri casu si curatorem habeat & de solis duntaxat personis agatur,  
 se obligare potest etiam sine Curatore, *l. 20. ff. de rit. nupt. l. 8. C.*  
*de nupt. l. 101. ff. de V. O. vid. Clar. Hahn. in obs. theor. pract. tit. de*  
*patr. n. 5. quia Curator rebus tantum administrandis minorum*  
 B datur,

33  
datur, non verò etiam ipsis personis regendis. *d. l. 8. Cod. de nupt.*  
Secundo, si rem suam meliorem fecerit; cum & pupillus hoc casu  
obligetur absque autoritate tutoris; in quantum locupletior fa-  
ctus est. *l. 5. ff. de autor. tutor.* Secus vero est, si non de solis per-  
sonis, sed etiam de rebus in contractum deductis, agatur, & con-  
ditionem suam deteriore[m] fecerit. His enim casibus contractus  
à minore sine consensu Curatoris sui initus, ipso jure non valet.  
*l. 3. C. de integ. rest. min. Dn. Habn. d. loc.* quia ipsi administratio  
honorum denegata, dato curatore, *pr. I. de curat. l. fin. C. de legit.  
tut. l. 1. in fin. ff. de minor.* & non magis obligetur, quam is cui à  
Pratore Curatore dato, bonis interdictum est. *d. l. 3. C. de integ.  
rest. min. Donell. lib. 12. comment. jur. civ. cap. 22. Et ad l. 101. ff. de  
K. O. Gædd. ad l. 21. de V. S. Et in tract. de contrab. stipulat. cap. 7.  
concl. 14. per tot.* Si verò minor Curatorem non habens contra-  
xerit, contractus quidem ipso jure valet, sed per in integrum resti-  
tutionem ipsi succurritur, *d. l. 3. C. de in integ. rest. min. Donell. d. loc.*  
si ex illo contractu læsus fuerit, *l. 5. C. de in integ. rest. min.* nisi cum  
juramento confirmaverit; tunc enim contra venire non potest,  
*aut b. sacramenta puberum C. si advers. vend.* quam tamen authen-  
ticam Antonius Contius atque Hubertus Giphanius *ad tir. C. si  
advers. vendit.* existimant jus Canonicum sequi, referent *Nobi-  
lissimo Stravio in Exercit. feud. Exerc. 13. lb. 10.*  
XIII. Quarto. Tutores & Curatores res pupillorum vel  
adolescensium sine decreto distrahere nequeunt *l. 1. pr. Et §. 2. l. 8.  
ff. de reb. eor. qui sub tut.* nisi ut id fieret parentes testamento vel  
codicillis caverint, *d. l. 1. §. 2. ff. eod.* & non solum ipsis Tutoribus  
& Curatoribus hæc alienatio interdicitur, sed etiam eorum here-  
dibus & aliis qui pro Tutoribus vel Curatoribus negotia gesserunt,  
*d. l. 8. ff. eod.* Imò nec Pater curator datus filio suo, res ejus sine  
autoritate Prædis alienare valet. *l. 3. C. de præd. Et ali. reb. min. l.  
7. §. 2. ff. de reb. eor. qui sub tut.*  
XIV. Quinto. Maritus dotale prædium invitæ muliere  
per L. Juliam alienare prohibetur, quamvis ipsius sit dotis causa ei  
datum, *pr. I. quib. alien. lic. vel non. & contra. Mulier invito Ma-  
rito. l. 21. C. de donat.* Est autem maritus verus Dominus dotis  
constante matrimonio, *l. 21. §. 4. ff. ad municip. l. 13. §. 2. ff. de fund.  
dot.*

dot. l. 23. C. de jur. dot. pr. & §. 1. I. quib. alien. lic. vel non. l. 21. ff. de manumiss. l. 7. C. de jur. dot. l. 1. C. de serv. pign. dat. arg. l. doce ancillan C. de Reivind. l. 24. ff. de act. rer. amor. Bart. & Bald. ad l. 30. C. de jur. dot. Vultej. pr. I. quib. alien. lic. vel non. add. Nob. Struve in Exerc. ad Pandect. Exerc. 24. th. 8. Neque servitutes fundo dotali debitas amittere, neque ei alias imponere potest. l. 5. ff. de fund. dot. imò res dotales constante matrimonio alienatas contra proprium factum vindicare potest, gl. in l. un. §. Et cum lex. 15. in verb. alienari C. de rei uxor. act. cum ea quæ contra legis prohibitionem fiunt pro infectis habeantur l. 5. de LL.

XV. Si verò prædium vel fundus dotalis æstimatus in dotem datus sit, cum hoc casu maritus saltem pretii debitor sit, licite cum consensu uxoris alienare posse putatur, l. 5. C. de jur. dot. l. 10. §. 4. ff. cod. l. 11. ff. de fund. dot. l. unic. §. 15. C. de rei uxor. act. Cujac. lib. 17. obs. 1. quia dominium & periculum ad eum spectat, d. l. un. §. Et cum lex. 15. C. de rei uxor. act. & res æstimatae usu etiam mulieris periculo mariti deteriores efficiantur. l. 51. ff. solut. matrim. præterquam cum æstimatio illa non causa emtionis & venditionis facta sit, sed ut ex pretio postea cognoscatur, an res effecta sit deterior vel pretiosior? l. 50. ff. solut. matrim. l. 21. C. de jur. dot. Covarr. præct. quest. cap. 8. vel cum uxor habeat electionem, utrum soluto matrimonio velit rem ipsam an æstimationem rei? l. 10. §. fin. ff. de jur. dot. Schneidew. ad pr. & §. 1. I. quib. alien. lic. vel non. Si verò dos in moneta vel alia re, quæ pondere, numero & mensura constat, data fuerit, pro arbitrio suo maritus distrahere potest. l. 42. ff. de jur. dot. eò quod functionem recipiat in genere suo, & una pro alia ejusdem generis solvi & restitui possit, nec usum habeat nisi in abusu. l. 2. §. 1. ff. de reb. credit. & si cert. pet.

XVI. Sextò. Pater bona adventitia filii, quamvis de his liberam administrationem naturalemque possessionem ratione ususfructus habeat, haud tamen alienare potest. l. 1. C. de bon. matern. l. 4. & ult. C. de bon. qua liber. exceptis rebus mobilibus, immobilibusque illis quæ onerosa sunt vel quocumque modo damnosa; quas sine periculo vendere Patri cum paterna pietate licet. l. ult. §. 5. C. de bon. qua liber. ex causa etiam artis alieni alic-

nare potest & debet, *d. l. ult. §. 4. C. eod.* E contra Filius familias bona illa alienare nequit in quibus illa pater habet usumfructum, *l. fin. §. 5. vers. filius autem. C. de bon. que liber.* mortis tamen causa patre permittente donare non prohibetur. *l. 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. l. 7. §. 4. ff. de donat.*

XVII. *Septimò* Servi etiam nequidquam alienare valent quoniam nec ex contractu suo de jure civili tenentur, neque ex eo conveniri possunt. *l. 22. ff. de R. J. l. 43. ff. de O. S. A. l. 14. ff. eod. l. 41. ff. de pecul.* Prætor autem ex æquitate moris, ne videlicet deciperentur bona fide contrahentes cum servis, hac in parte quod juri civili deerat, supplevit, & actionem ex contractu servi adversus Dominum de peculio constituit. *§. actiones. 10. J. de action.*

XVIII. *Ultimò*. Prohibentur etiam Rei criminis læsæ majestatis, *l. 5. §. 4. l. 6. §. 1. & l. fin. C. ad L. Jul. Majest. l. 20. ff. de accusat. & repetundarum. d. l. 20. ff. de accusat.* etiamsi decesserint antequam de crimine fuerint accusati. *l. 31. §. fin. ff. de donat.* quorum omnia bona eò ipsò, quò crimen hoc perpetraverunt, publicantur. *d. l. fin. C. ad L. Jul. Majest.* adeò ut sententia definitiva opus non sit ad effectum executionis, sed declaratoria tantum, *arg. cap. 10. de hæretic. in 610.* Imò ne hæc quidem, si crimen adeò sit manifestum, ut celari haud possit. *Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 36. n. 16. & 17.* Rei vero capitalis criminis post sententiam demum latam alienare nequeunt. *l. 15. ff. de donat. vid. etiam supra ib. 7.*

*Causa Materialis.*

XIX. Jam ad causam materialem propero. Causa Materialis, sunt res omnes quæ alienari possunt. Vocabulum autem rei, quemadmodum generale est, *l. i. in fin. ff. de reb. cred. l. 5. de V. S.* sic in generali sua significatione id accipio, comprehendens tam corporalia quam incorporalia; ut servitutes & alia jura, *l. 23. ff. de V. S. & l. 1. ff. de reb. corpor. & incorp. obligationes, contractus & nomina debitorum. l. 6. ff. de V. S.* unde si dono vel obligo tibi res meas, etiam nomina debitorum donata vel obligata intelliguntur. *Bald. in l. 1. ff. de stat. homin. item, homines. l. 32. §. 2. ff. de legat. 2. non quatenus vulgari modo Physicus accipit, sed quatenus Jctus, Vulcej. pr. J. de R. D. n. 4.* Alienari igitur possunt.

*Quæ res alienari possunt.*

69

possunt res omnes illae, quae in commercio hominum cadunt: sive sint praesentes, h: e. quae jam in rerum natura existunt, sive futurae, i. e. quae aliquando existere probabilliter sperantur; ut fructus & partus futuri, captura piscationis & similia: l. 8. ff. de contrab. emt. l. 12. ff. de action. emt. & vend. §. 7. J. de legat. Et quae à lege specialiter non prohibentur. Unde quaedam etiam res ex hereditate nondum agnita alienari possunt causa cognita, dum deliberatio instituitur, ad utilitatem pupilli. l. 7. §. 3. ff. de jur. deliber. Wesenb: in x. ff. eod. n. 4.

XX. Prohibentur verò qui iti commercio hominum non sunt, i. Res nullius, quae nec possidentur nec in dominio habentur. §. 7. J. de R. D. Vultrej. ad pr. J. eod. n. 7. quales sunt, res sacrae, alienari sanctae & religiosae d. §. 7. J. d. tit. Res sanctae, sunt muri & portus civitatis. §. 10. J. de R. D. Res verò sacrae dicuntur, quae ritè & solenniter à Pontificibus & Antistite ejusque loci consecratae & divinis ministeriis dedicatae sunt, non quas privatim sibi quisque constituit. §. 8. ff. de R. D. l. 6. §. 3. ff. eod. Nov. 131. tit. de Eccles. cap. 8. & r. x. de consecrat. Eccles. Macrobi. lib. 3. Saturnal. cap. 7. & 7. Sunt autem duplicis generis: Quaedam simpliciter & directò dedicatae sunt ad usum seu cultum divinum: ut, Tempia, calices, ornamenta, libri &c. & dicuntur in specie res sacrae. d. §. 8. J. de R. D. & ibi Schneiderv. n. 2. Quaedam verò non simpliciter ad cultum divinum, sed ad servitium servientium Deo destinatae sunt; pro sustentatione scilicet ministrorum ecclesiae, & dicuntur in specie bona ecclesiastica sive res ecclesiasticae; ut religiose domus, Xenodochia, Orphanotrophia, Nosocomia, Gerontocomia, Coemiteria, Sepulturae &c. Arnold. Corvin. in aphor. jur. canon. lib. 2. tit. 19.

XXI. Quarum rerum sacratarum & ecclesiasticarum alienatio regaliter de jure sic est prohibita, ut neque obligari, aut oppignorari vel quocunque titulo alienari possint. l. 14. junct. a. u. b. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. §. r. in Nov. 7. de non. alien. aut permut. reb. eccles. cap. nulli 4. & r. x. de reb. eccles. alien. vel non. Hostiens: de reb. eccles. alien. num. 1. & 2. Panormit. ad d. cap. nulli. 4. de reb. eccles. alien. sive sint mobiles sive immobiles: l. 21. d. l. 14. & d. a. u. b. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. mobiles verò, si sint fractae vel conflatae, ut vasa aurea vel argentea,

tea; vel ejus generis alia, alienari possunt, *c. hoc jus. 2. caus. 10. quest. 2.* quoniam contracta formam amittunt & sacra esse desinunt. *gl. ad auth. præterea C. de SS. Eccles.* Multò autem magis templa vel monasteria alienari prohibentur. *auth. multò magis. C. d. tit. imò diruto etiam edificio templi vel monasterii, locus adhuc sacer manet ut alienari nequeat. §. 8. F. de R. D. l. 6. §. 3. ff. eod. l. 73. ff. de contrah. emt.* Unde *Alvaroz, in c. 1. pr. qui feud. dar. post. r. F. 1.* concludit; monasterium in feudum dari non posse. quem sequitur *Curt. in tract. feud. part. 2. quest. 24.* Alienatione verò harum rerum facta, à quocunque possessore res iterum vindicari possunt, etiam non restituto pretio ipsi emtori, cum ipso jure non valeat hujusmodi alienatio, & quæ contra leges sunt profectis habeantur. *l. 14. §. 1. C. de SS. Eccles.* & qui prædia vel bona ecclesiastica à Regibus vel Principibus secularibus petunt, ea nisi restituant, excommunicantur, & à communione ecclesie, cujus facultates auferre cupiunt, excluduntur. *cap. 2. x. de reb. eccles. alien. vel non.* Inyadentes verò res ecclesie committunt crimen sacrilegii, etiam si ipsis eas contulerit ecclesia. *c. sunt qui opes 3. cum trib. seqq. caus. 17. quest. 3. c. prædia. 5. caus. 12. quest. 2. c. bene quidam. 1. dist. 96. Schneidew. ad §. 8. F. de R. D. n. 5.*

XXII. Limitatur autem prædicta regula in quibusdam casibus, in quibus eas validè alienare permillum est. 1. ex causa pietatis pro redemptione captivorum, si Christiana fidei confortes ab hostibus capti veniant redimendi, nec aliud suppetat unde redimantur, quoniam absurdum non est animas hominum quibuscunque vas vel vestimentis præferri. *l. 21. C. de SS. Eccles. c. sacrorum. 15. c. sicut. 16. caus. 12. quest. 2.* & tempore famis pro alimentis pauperum, si intoleranda fames & ita premar eos, ut pauperum & infirmorum vita succurrendum sit. *d. l. 21. C. de SS. Eccles. Schneidew. ad d. §. 8. F. de R. D. num. 8. Panormit. ad cap. nulli. 4. x. de reb. eccles. alien. n. 4. Menoch. arb. jud. quest. lib. 7. cent. 1. cas. 65. §. cent. 2. cas. 182.* aurum enim ecclesia habet, non ut servet sed ut eroget & subveniat in necessitatibus, uti dicitur *in c. aurum. 70. caus. 12. quest. 2.* & gloria Episcopi est pauperum inopiæ providere; in gnominia verò Sacerdotis est propriis studere divitiis. *c. gloria 71. caus. 12. quest. 2. 2.* Ex causa necessitatis



evidenti. *cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6to.* si as alienum arguetur, nec habeat ecclesia aliunde qui persolvere possit, *autb. hoc jus porrectum. & autb. prater ea. C. de SS. Eccles.* quia necessitatis causa in quacunq; alienationis prohibitione semper intelligitur excepta. *l. 13. ff. famil. erciscund. l. 2. C. de fund. dot. l. 38. ff. de leg. 3. Wesenb. part. 2. cons. 59. n. 2. & nullam legem habeat. l. 1. C. de oper. libert. 3* Ex causa utilitatis, si ecclesie conditio exinde fiat melior. *cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6to. Nov. 120. cap. 7. & 8.* nam a quacunq; dispositione ac prohibitione intelligitur etiam excepta publica utilitatis ratio. *Bald. ad l. jubemus. 14. C. de SS. Eccles.* servatis tamen ipsis solennitatibus a jure Canonico requisitis, quæ recensentur in *c. sine exceptione, caus. 12. quest. 2. cap. tua. 8. x. de his que sunt a Prælat. sine consens. capit. & cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6to. Covarr. lib. 2. resolut. cap. 16. num. 8. Fabian. de Monte in tract. de emtion. quest. 5. n. 108. & seqq. Guilb. Redoan. tract. de reb. eccles. non alien. & si omiffa fuerint hujusmodi solennitates, alienatio ipso jure est nulla: quippe quæ contra prohibitionem legis facta. *d. cap. tua. 8. x. de his que sunt a Prælat. sin. consens. cap. Hostiens. in summa de reb. eccles. non alien.**

XXIII. Notandum autem hic est, prædictas solennitates locum habere tantum in alienationibus perpetuis, non vero temporalibus in quibus sola Abbatis, Prælati vel alterius administratoris autoritas sufficit. *c. possessionis. 61. caus. 16. quest. 1. Canonist. in cap. statuimus. 2. x. de transact.* Deinde tantum etiam in rebus quæ servando servari possunt. Secus vero in rebus illis, quæ servando servari nequeunt, ut sunt fructus percepti ex fundis ecclesiasticis. tales enim res absque istis solennitatibus per administratorem alienari possunt. *c. terrulas. 53. d. caus. 12. quest. 2. l. 22. C. de administ. tutor. Schneidew. aa §. 8 J. de R. D. num. 9.* Sed queritur hic, an si quid datum vel relictum sit ad certum aliquem usum pium, in eum autem propter certam aliquam causam converti nequeat. puta, quia usus iste desinit, vel quia detegitur esse impius: ut si aliquid sit relictum pro celebratione missarum vel invocatione sanctorum &c. eo casu quod ita datum & relictum est, pertineat ad hæredes ipsius concedentis & ad propha-



phanos usus converti debeat? an verò ad alium usum pium? Et posterius aff. quia quod semel Deo dicatum est, amplius ad prophanos usus transferri non debet, sed alium pium usum converti. *cap. semel. 51. de R. 7. in 610. Bart. ad l. legatum. 16. ff. de usufr. legat. Schurff. consil. 48. & 90. cent. 1. & ad piam causam facta legata favorabilem admittunt interpretationem. l. 38 §. 1. ff. de aur. argent. legat.*

XXIV. *Secundò, alienari prohibentur Respublicæ. l. 6. l. 22. l. 51. ff. de contrab. emt. Wesenb. in π. ff. de via publ. & iim. publ. reficiend. quales sunt, flumina, portus, littora, ripæ &c. §. 2. 3. 4. & 5. 7. de R. D. Item liber homo alienari & distrahi non potest. l. 4. d. l. 6. l. 34. §. 2. l. 70. ff. de contrab. emt. excepto tempore famis & necessitatis, quo solo casu Parens propter nimiam paupertatem egestatemq; victus causa, de jure civili liberos suos vendere potest. rubr. & l. 2. C. de patrib. qui fil. suos distrax. Magnif. Ungepaup. in Exercit. Justinian. Exerc. 3. quest. 3. in Ajo.*

XXV. Cognitis jam his rebus, quæ, quia in commercio non sunt, alienari nequeunt, cognoscendæ sunt etiam illæ quæ quidem in commercio hominum sunt, ob specialem tamen legis prohibitionem alienari & distrahi vetantur. quæ legis prohibitio arctior est alia quavis. nulla enim est alienatio, nullus contractus adversus legem l. 5. C. de LL. & malæ fidei possessor esse dicitur, qui aliquid contra legum interdicta mercatur. l. quemadmodum. 7. in fin. C. de agricol. & censit. lib. 11. Ea fit 1. in rebus dotalibus, quæ simpliciter sine æstimatione datæ, à Marito quamvis Domino, alienari non possunt, etiam consentientibus mulieribus. quamvis per L. Juliam de fundo dotali olim id liceret illis volentibus l. un. §. si. C. de rei uxor. aff. si tamen juramento confirmaverint, alienatio valet de jure Canonico c. cum contingat. x. jure jur. Covarr. in cap. quavis. part. 2. cap. 1. n. 7. & seqq. de pact. in 610. Et hæc procedebant olim tantum in fundo dotali. hodie prohibetæ sunt etiam aliæ res immobiles pretiosæ & quæ servando servari possunt Magnif. Ungepaup. in Exercit. Justinian. Exerc. 7. quest. 6. in Ajo. Bart. in l. 1. n. 18. ff. solut. matrim. Cessat autem lex Julia de alienando fundo, si alienationis causa necessaria, l. 1. ff. de fund. dotal. l. 2. C. eod. vel utilitas mulieris suadeat, l. 26.

l. 26. ff. de jur. dot. sed hoc postremum tunc saltem habet locum, cum mulieri in ceteris mariti bonis satis cautum est. *aut. sive de me. C. ad SCrum. Vellejan. l. 30. vers. omnes. ibi: opulencia quidem maritis. C. de jur. dot. Nov. 61. Arnold. Ferron. ad consuetud. Burgund. titul. de dote. §. 12. & seqq.* Res vero paraphernales cum consensu mulieris alienare possunt l. 8. C. de pact. convent.

XXVI. *Secundò*, in rebus Minorum 25. annis, quæ sine decreto Judicis & causa cognita alienari nequeunt. l. 6. l. 11. & l. r. C. de præd. & ali. reb. min. l. 22. C. de administ. tut. nisi summa urgente necessitate: vel ob æs alienum. l. 12. C. de præd. & ali. reb. min. vel aliud quidpiam quod evitari aliter quam rebus dividendis non potest. l. ult. C. eod. vel cum Pater vel Testator cui minor successit, alienationem permiserit l. 1. & 3. d. tit. cum non videatur tendere in detrimentum minoris, possitque testator legem rebus suis dicere quam voluerit. unde hac in parte voluntas ejus ultima valebit etiam postea irrito facto testamento. l. ult. ff. de reb. eor. qui sup. tut. *Gutierrez. de tut. p. 1. c. 5. n. 64. vel cum Princeps alienationem specialiter concesserit. l. 2. C. quãd. decret. opus nõ est. quia specialis ejus concessio vim habet decreti. Anton. Perez. in comm. ad C. d. tit. n. 4. Wesenb. part 1. conf. 3. n. 67.* Res etiam illæ, quæ servando servari non possunt. quales sunt; vestes usu detrita, item animalia supervacua licitè absque decreto Judicis alienari possunt. d. l. 22. in fin. C. de administ. tut. l. ult. C. quãd. decret. opus non est. reliquæ verò minimè, etiamsi alienatio illa utilis fuerit minori. veluti si vendatur fundus sterilis vel saxosus ex quo nulli proveniunt fructus. quia semper pertinet ad officium Judicis examinare, an expediat istis carere vel non. l. 5. §. 14. & l. pen. ff. de reb. eor. qui sub tut. vid. *Fachin. lib. 3. controv. cap. 3.* imò commune prædium distrahi & inter minores sine decreto dividi nequit. quia divisio est species quædam alienationis. *Perez. C. de præd. & ali. reb. min.* nisi ad divisionem provocante majore 25. annis, quo casu ejus alienatio concessa est. l. pen. C. d. tit. cum nemo invitus in communione detineatur, neque expediat ob rixas, quas excitare solet communitio. *Perez C. quãd. decret. opus non est. n. 3.*

XXVII. Alienatio itaque sine decreto Judicis facta ipso jure est nulla & irrita, ita ut minori in integrum restitutio non sit

C sit



190  
sit necessaria, l. 2. C. de pret. & ali. reb. minor. sed res ita alienatas vindicare possit, nec teneatur precium à Curatore acceptum emtori restituere, nisi quantum in utilitatem suam conversum esse constiterit l. 10. C. eod. Confirmatur tamen alienatio sine decreto facta, si minor major jam factus eam expressè approbaverit aut tacitè ratam habuerit, & in toto quinquennio ex quo major factus non revocaverit l. 3. C. si maj. fact. alien. si scilicet alienatio ex titulo sit oneroso; nam ex titulo lucrativo facta, non nisi silentio decem annorum inter præsentes & viginti inter absentes confirmabitur, d. l. 3. C. d. tit. Sed si ex alienatione illa, quâ tanto temporis spatio ratam habuit, ultra dimidium justî precii ignorans laesus fuerit, restitutionis tamen beneficium propterea non denegatur, sed petere potest, ut quod justo pretio deest, suppleatur, vel restituatur l. 1. C. si maj. fact. alienat. cum & eo casu majoribus 25. annis, eorumque heredibus, ultra dimidium læsionis succurratur. l. 2. C. de rescindend. vendit. Perez. C. si maj. fact. alien. n. 4. & 5. Ast, moribus hodiernis præscriptum est tempus decem annorum, tam ad restitutionem impetrandam, quam ad probandum contractum esse nullum ex eo quod minor prædium sine decreto alienaverit, quod si decreto interposito fuerit alienatum, & aliqua ex causa restitutio in integrum dari posset, impetrari debet intra quadriennium legitimæ ætatis, ex constitutione Imp. Justiniani in l. ult. C. de temp. in integ. rest. l. 11. C. de præd. & ali. reb. minor. Perez. C. si maj. fact. alien. Sfortias Oddo in tract. de in integ. restit. part. 1. quest. 19. art. 3.

XXIIIX. Tertiò, Res aliena regulariter alienari nequit sine consensu vel ratihabitione veri Domini. l. 6. C. de reb. alien. quia nemo plus juris in alium transferre potest, quam quod ipse habet. l. 54. ff. de R. J. & ideo à quocunque possessore vindicari potest, nisi is qui rem alienatam bona fide & justo titulo possidet, rem usu ceperit l. 2. l. 5. C. de reb. alien. non alien. l. 4. C. de reivind. quo casu exceptione præscriptionis adversus agentem scitari potest. Wesemb. in w. ff. de usurp. & usucap. n. 14. quia usucapione dominium acquiritur. l. 3. ff. de usurp. & usucap. à Domino enim res auferri nequit: cum id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non possit. l. 11. ff. de R. J. Usucapio autem,

autem, quæ bono publico introducta est, ne scilicet diu & ferè  
 semper in certa dominia essent. l. 1. ff. de tit. & ut aliquis litium  
 esset finis, l. fin. ff. pro suo. sit per possessionem continuam scilicet  
 l. 3. l. 31. §. 1. l. 20. ff. de usurpat. & usucap. vel longi vel longissimi,  
 vel etiam per immemorialis temporis præscriptionem, pro di-  
 versitate scilicet rerum quæ possidentur. sic res mobiles triennio,  
 pr. f. de usucap. & long. temp. præscript. l. un. C. de usucap. trans-  
 form. nonnunquam etiam quadriennio; ut bona vocantia fisco  
 nuntiata §. ult. f. de usucap. l. 1. C. de quadrienn. præscript. usu ca-  
 piuntur. Res immobiles, inter quas etiam referuntur servitutes  
 & cetera jura incorporalia l. 2. l. pen. C. de servitut. Treutl. volum.  
 2. disput. 22. th. 2. lit. g. inter præsentates decem inter absentes ve-  
 ro viginti annorum, §. 1. f. de usucap. transform. l. 4. §. 27. ff. de  
 usurpat. & usucap. l. 1. §. fin. ff. de ag. plur. arcend. d. l. 2. l. pen. C.  
 de servit. quædam tamen etiam 30. vel 40. annorum possessione,  
 l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. præscribuntur. ut res eccle-  
 siastica, auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. Nov. 131. cap. 6. & o-  
 mnes actiones. l. 3. l. 4. l. 8. C. de præscript. 30. vel 40. ann. ex-  
 cepta injuriarum actione, l. si non convitii. C. de injur. doli, l. fin.  
 C. de dol. mal. quærela inofficiosi, l. 34. C. de inoff. testam. accusa-  
 tione adulterii, l. 6. C. de adulter. l. 20. § 7. ff. eod. & aliis, quæ  
 partim anno partim biennio, partim etiam quinquennio & plu-  
 ribus præscribuntur, ut pleræque criminales, de quibus videre  
 licet Dd. Res verò Romanæ Ecclesiæ, item res Civitatis & quæ  
 religiosis locis vel domibus quocunque titulo relicte sunt, im-  
 memoriali tempore, h. e. spatio centum annorum præscribun-  
 tur. l. 23. junct. auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. c. nemo 17.  
 caus. 16. quæst. 4. cap. cum vobis. 14. x. de præscript. Treutler. vo-  
 lum. 2. disput. 22. th. 4. lit. m.

XXIX. Sed hic offert se quæstio aliqua non contemnen-  
 da, an is qui spatio 30. vel 40. annorum rem mala fide possede-  
 rit, nihilominus eam usucapere & præscribere possit, ita ut ad-  
 versus agentem exceptione præscriptionis munitus sit? Verum  
 Resp. distinguendo, aut mala fides ab initio tempore traditionis  
 statim adest, aut traditione facta, postea demum supervenit. (per  
 malam fidem autem intelligo hic, scientiam rei alienæ. l. un. C.



de usucap. transform.) Priori casu usucapio non procedit. l. un. C. d. tit. §. 12. ff. de usucap. quia bona fides ad usucapionem inducendam semper est necessaria, l. 2. pr. ff. pro emtor. §. 10. 7. de usucap. pr. §. eod. l. 2. C. de prescript. long. temp. Posteriori verò casu mala fides eam non impedit. l. penult. ff. pro emtor. l. 2. pr. ff. eod. l. unic. C. de usucap. transform. nisi per interruptionem civilem vel naturalem interrumpatur. l. 10. de acquir. vel retinend. possess. cap. illud. §. x. de prescript. l. 5. de usurpat. & usucap. quia sufficit ab initio bonam adfuisse fidem, §. 12. §. de usucap. l. fin. C. de prescript. long. temp. d. l. un. C. de usucap. transform. l. 2. pr. l. pen. ff. pro emt. Wesenb. in w. ff. de usurpat. & usucap. n. 11. Treutl. volum. 2. disput. 22. th. 6. sed hoc de jure Civili procedit tantum in longi temporis prescriptione. pr. §. de usucap. l. 6. l. 9. C. de prescript. long. temp. In longissimi verò vel immemorialis temporis prescriptione bona fides præcisè non requiritur. l. 3. l. 4. l. 7. C. de prescript. 30. vel 40. ann. Nov. 119. cap. 7. Vasq. illust. controv. lib. 2. cap. 81. num. 11. Perez C. de prescript. 30. vel 40. ann. num. 1. Treutl. volum. 2. disp. 22. th. 6. lit. a. quia vim habet tituli, privilegii, juris constituti, legis, veritatis &c. Salicet. ad l. 2. C. de Servit. & aqua. Bald. consil. 353. lib. 1. n. 3. Decius ad l. traditionibus. n. 12. C. de pact. & in consil. 496. num. 5. conf. 638. n. 4. Boerius decis. 39. n. 7. Jaf. conf. 209. lib. 2. Wesenbec. conf. 8. part. 1. num. 2. Secus verò est de jure Canonico. ubi bona fides & ab initio & postea quovis tempore est necessaria, nec ullam prescriptionem sine bona fide admittit. cap. fin. x. de prescript. cap. 2. de R. J. in 610. cap. vigilant. §. x. de prescript. Mascard. de probat. volum. 3. conclus. 137. n. 38. Treutl. volum. 2. disp. 22. th. 6. lit. a. Wesenb. in w. ff. de usurp. & usucap. num. 11. Perez C. de prescript. 30. vel 40. ann. n. 1. Geill. 2. obs. 18. n. 7. & seqq. Panormit. in cap. ult. x. de prescript. n. 4. quod etiam hac in parte servandum esse asserit. Mynsing. 4. obs. 6. & pluribus præjudiciis confirmat. d. loc. quia in prescriptionibus tractetur de peccato. cum id quod non ex fide fiat peccatum sit, & quod quisque noverit se alienum possidere, restituere teneatur. Perez Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. cap. 4. de R. J. in 610. vid. Fachin. lib. 8. controv. cap. 26. Geill. 2. obs. 18. num. 9.

XXX. Quod autem in th. precedenti, 28. dixi, alienationem rei alienæ sine consensu Domini factam non valere. ampliatur, 1. in Matre, quæ pro debito filii res illius in solutum dâdo ipsi nihil auferre potest, nisi major viginti quinque annis factus, consenserit & ratum habuerit. *l. 7. C. de reb. alien. non alien.* 2. in Patre, qui res filii emancipati sine consensu ejus alienando, ipsi nequicquam nocet. *l. 5. C. de tit.* 3. in Marito, distrahente res uxoris absq; ejus consensu; vel siquidem supervenerit, ad eum tamen inducta sit fraude. *l. 2. C. d. tit.*

XXXI. Limitatur verò supra dicta regula, 1. in ultimis voluntatibus, puta in legatis, in quibus alienatio rerum alienarum valetita ut eas redimat, si possit, aut si non possit, æstimationem earum dare heres cogatur. *§. 4. ff. de legat. l. 67. §. 8. ff. de leg. 2. l. 10. C. eod.* modò testator non ignoraverit rem fuisse alienam. *d. §. 4. ff. de legat. d. l. 10. C. eod.* 2. in emtione & venditione, *l. 28. ff. de contrab. emt.* qui enim vendit non habet necesse, ut dominium rei in emtorem transferat, sed tantum ut habere ei liceat, *l. 25. §. 1. ff. d. tit. l. 30. §. si sciens. ff. de act. emt. & vend.* modò contrahentes ignorent rem alienam esse, aut saltem emtor nesciat. aut si sciant, bona fide id faciant, nam si mala fide, venditio nullius est momenti, & res sit furtiva. *§. 2. ff. de usucap. l. 34. §. 3. ff. de contrab. emt. Vultej. ad pr. ff. de emt. & vend. n. 37. & 38.* Non malè autem hic quæritur, an donatio illa, quæ à Constantino M. Imperatore, Sylvestro Papæ facta dicitur, jure subsistat? Verum antequam hæc quæstio decidatur, videndum prius est, an etiam donatio illa reverà facta sit? deinde si facta sit, an jure subsistat? Et ad priorem quæstionem R. negando eam factam esse. quæ enim de Constantino M. & Sylvestro Papa præ affirmativa opinione in medium proferuntur, meræ sunt fabulæ. Nec obstat. textus ex jure Canonico adducti, ut, *c. Constantinus. 13. dist. 96. c. futuram 15. caus. 12. quest. 1. fundamenta 17. de elect. & elect. potest. in 6to. Clementin. un. de jurejur.* quia in illis agitur de proprio Pontificis testimonio, absurdum autem est in propria causa quempiam admittere testem *l. 10. ff. de testib. & cap. insuper. 6. in fin. x. eod.* & si verba ipsa *c. constantinus. 13. dist. 96. intuearis,* conspicuè falsitatem Palea prodit. Ad posteriorem

Resp. itidem negando. quia Constantinus Imperator ut Imperator alienare nihil potuit, cum ipsi quicquam quod contra officium est Imperatoris facere haud licuerit, nec jus Reip. pactionibus suis mutare potuerit. *l. 2. §. jus reipub. 8. ff. de adminest. rer. ad civit. pertin. vid. Magnif. Ungepaur. in Exercit. Justinian. Exercit. 1. quest. 4. in Ajo.*

XXXII. *Quarto*, alienari prohibentur res communitatis, ex causa tamen necessitatis, ad administratoribus Reipub. eas alienare permittum est. *l. ult. C. de frument. urb. Constantinopol. lib. 11. auth. novissimè. C. de administ. tutor. l. fin. C. de vendit. reb. civ. Wesenb. part. 2. conf. 9. n. 6.*

XXXIII. *Quinto*, Res quæ legato vel fideicommissio, sive purè sive cum conditione, aut quocunque alio modo sunt subjectæ, validè alienari nequeunt. *l. ult. §. 3. & 4. & auth. res que C. commun. de legat. Wesenb. in x. ff. de legat. 1. n. 9. in fin.* Quare legatum ad pias causas relictum nullo modo alienari potest, siquidem qui hoc dari iussi sunt, aut locus ex quo iussum est hoc præberi in ipsa aut vicina provincia fuerit: Si verò loca aut personæ, ex quibus hoc dari præceptum est, longius fuerint: tunc liceat illis, quibus hoc relictum est, si etiam pars obligata consentit, commutare legatum & pro eo percipere reditus idoneos; aut etiam vendere, si voluerint; ita tamen ut pretium ad utilitatem piarum causarum proficiat. *Nov. 131. cap. 12.* Res etiam quæ expressè vel facitè à Testatore in testamento alienari prohibita est, ab ullo vel herede vel legatario alienari nequit, nec alienatio subsequuta tenet. *l. 114. §. 14. ff. de legat. 1. Everhard. in Topic. loco, à lege ad Testatorem.* Prohibitio autem ita facta in testamento aliter non subsistit, nisi expressa iustaque causa, propter quam alienationem fieri nolit. *d. l. 114. §. 14. ff. de legat. 1. ne aliàs facitè rerum commercia impediuntur, Perez C. de reb. alien. non alien. n. 7.*

XXXIV. *Sexto*, Nec res litigiosa alienari potest. *l. 1. ff. de litigios. & r. t. C. eod.* quæ autem dicatur res litigiosa vid. *auth. litigiosares. C. d. rit.* Unde alienatio etiam illa, quæ iudicii mutandi causa facta est, non subsistit. *l. 1. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* quæ est, quando quis alienando rem, de qua quæstionem se passu-



passurum arbitratus est, alium nobis adversarium, duriores  
 scilicet & potentiores. l. 2. & 3. C. de alien. judic. mut. caus. fact. qui  
 vel facile conveniri non potest, vel aliqua fori se exceptione  
 tueretur, suo loco, substituit, idq; data opera in fraudem nostram  
 fecerit. d. l. 1. ff. eod. sed quoniam exinde interdum judiciorum  
 exitus durior constituitur opposito nobis alio adversario, & cum  
 iniquum sit ex alieno facto causam nostram fieri deteriorem. l. 2.  
 ff. quod vi aut clam. l. 7. ff. de R. J. Idcirco Prætor vel Pro Con-  
 sul non immerito prospexit, ut si quis tali modo rem alienaverit,  
 tanti nobis in factum actione teneatur, quanti nostra interest,  
 alium adversarium privatum tamen Wesenb. in w. ff. de alien. jud.  
 mut. caus. fact. n. 2. nos non habuisse. d. l. 1. l. 4. §. 5. l. 3. §. 4. ff.  
 eod. & sic in integrum restitutionem nobis pollicetur. d. l. 3. §. 4.  
 ff. d. tit. l. un. C. eod. nisi is qui alienavit, paratus sit utile vindica-  
 tionis judicium pati perinde ac possideret. l. 3. §. fin. ff. de alien. jud.  
 mut. caus. fact. requiritur autem & dolo malo & judicii mutandi  
 causa factam esse alienationem; utrumque enim concurrat ne-  
 cesse est. Bart. in l. item. 4. §. fin. ff. tit. si quis igitur ob valetudi-  
 nem, aut ætatem aut occupationes necessarias litem in alium  
 transtulerit, in ea causa non est, ut hoc edicto teneatur. d. l. 4. §.  
 3. ff. eod. quia in necessaria alienatione dolus inesse nequit. We-  
 senb. in w. ff. eod. n. 6. Si verò quis Magistratum, aliave potestate  
 civili publica que præditum nobis substituat, ipso jure nulla est  
 alienatio, Wesenb. in w. ff. d. loc. n. 2. quemadmodum & illa que  
 sit judicio semel inchoato & re facta litigiosa nullius est momen-  
 ti. l. 2. §. l. fin. C. de litigios. saltem ope exceptionis. Treutl. volum.  
 1. disp. II. th. 18. lit. c. quia pendente judicio nihil est innovandum.  
 r. C. ut lit. pendent. §. r. x. eod. Wesenb. in w. ff. d. loc. n. 5. unde  
 cum alienando nihil efficiatur, non tenetur hoc edicto, cum  
 actoris nihil interest; perinde atque is, qui cum alienasset, statim  
 rem recepit. l. 8. §. 4. & 5. cum l. seq. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.  
 quoniam alienatio judicii mutandi causa facta, non ad præsen-  
 tia sed futura judicia pertinet. l. 24 §. 1. ff. commun. dipl. Wesenb.  
 in w. ff. d. loc. n. 5. Treutl. volum. 1. disp. II. th. 18. Cujac. in w. C. de  
 alien. jud. mutand. caus. fact.

XXXV. Septimò, Res arrestata in præjudicium Credito-  
 ris:



sis vendi aut alienari non debet, non magis ac si pignus uni prius obligatum, deinde alteri obligetur. *cap. qui prior. 54. de R. 7. in 6to. l. 11. ff. qui potior. in pignor. l. 15. §. 5. ff. de re judic. auc. si forsitan incio Creditore alienatio facta, Creditor qui arrestum impetravit, per actionem hypothecariam in subsidium, & si ex aliis debitoris bonis sibi haud satis fieri possit, illa alienata bona à tertio possessore vindicare non prohibetur. l. 24. cum auth. hoc si debitor. C. de pignor. & auth. sed hodie. C. de O. & A. Coler. de process. Execut. p. 1. c. 11. num. 26. Berlich. p. 1. conclus. 74. n. 156. quia bona illa cum onere arresti ad quemcunque possessorem etiam singularem transeunt. arg. l. 12. C. de distract. pignor. l. 1. C. debitor. vendit pig. imped. non posse. Magnificus Dn. Christophorus Philippus Richter, JCeus & Comes Palatinus Cesareus, Facultatis Juridicæ Senior &c. Præceptor & Promotor meus omni honoris cultu devenerandus in decision. decif. 72. cum prejudiciis ibi allegatis.*

XXXVI. Octavo, etiam Emphyteusis, l. fin. C. de jur. emphyteut. & Feudum, sive illud sit Ecclesiasticum sive Seculare, sine consensu Domini alienari prohibentur. c. un. §. fin. 2. F. 8. c. un. 2. F. 9. c. un. 2. F. 52. & c. un. 2. F. 55. Frider. Schenck. liber Baro à Tautenburg. tract. de feud. lib. 1. tit. 13. Sonsbec. tract. de feud. part. 12. n. 74. adeo ut si Vasallus sine consensu Domini alienaverit, quia Dominum contemnere videtur feudo privetur c. un. in pr. vers. aut si libellarii. 1. F. 5. c. un. §. fin. in fin. 2. F. 24. c. un. 2. F. 38. c. un. in fin. 2. F. 42. c. un. vers. hodie. 2. F. 44. Rosentb. in synops. feudal. cap. 9. conclus. 1. n. 1. & seqq. Vultej. lib. 1. de feud. cap. 10. n. 57. & cap. 11. n. 85. & seqq. & Scriba qui instrumentum super alienatione hujusmodi sciens confecerit, infamia notandus ac manus amissione multandus sit. c. un. §. Scriba vero 2. F. 55. Zafius tract. de feud. part. 9. n. 3. & hæc regula ampliatur, 1. ut nulla aliqua etiam dispositio ultimæ voluntatis in feudo locum obtineat. c. un. in pr. 1. F. 8. etiamsi Vasallus in animæ suæ salutem vel ad pias causas feudum legaverit. c. un. §. fin. 2. F. 9. c. un. in verb. vel pro anima judicare. 2. F. 55. Baro Schenck. de feud. l. 2. tit. 9. n. 3. quia ecclesia cultrix & auctrix justitiæ, non patitur contra justiciam aliquid in se vel in alium fieri. c. unis. 1. F. 13. Sonsbec. tract.

598.  
tract. de feud. part. 12. n. 85. 2. Etiam si ob urgentem quoque necessitatem alienaverit. arg. c. un. 2. F. 9. verb. necessitate, junct. c. un. 2. F. 52. & 55. Nobiliss. Struve in Exercit. feud. Exerc. 13. tb. 1. Consensum tamen hoc summæ necessitatis casu sine justa causa Dominus Vasallo denegare haud poterit. Nobiliss. Struve dict. loc.

XXXVII. Sed ut Vasallus feudo privari possit, insuper requiritur. 1. rem ex justo titulo per traditionem revera esse translata. c. un. in pr. vers. callidis in verb. feudum vendunt & in aliis transferunt. 2. F. 55. Wesenbec. tract. de feud. cap. 11. num. 3. Arum. disp. feudal. 7. thes. 5. Nobiliss. Struve in Exercit. feudal. Exerc. 13. tb. 9. 2. Vasallum scivisse feudum fuisse. 3. Dominum declarasse velle se rem feudalem in commissum cecidisse, aut aliundè de hac ipsius voluntate constare posse. vid. Vultej. lib. 1. de feud. cap. 11. n. 87. & seqq. Verum hæc omnia accipienda sunt de feudo novo tantum, in quo solius Domini consensus sufficit, cum in eo alienando ipsius tantummodo præjudicium vertatur. arg. c. un. §. donare. verb. si tamen feudum erit paternum. 2. F. 9. c. un. in pr. verb. si paternum fuit. 2. F. 39. vid. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 4. n. 44. & 63. Schrad. de feud. part. 8. cap. 8. n. 15. & seqq. cap. 7. n. 31. & seqq. cap. 8. n. 2. & seqq. Nobiliss. Struve in Exercit. feud. Exerc. 13. tb. 1. non etiam agnatorum; quippe qui in novo feudo regulariter non succedunt. c. un. §. his verò. 2. F. 11. c. un. §. fin. 1. F. 14. c. un. 2. F. 12. c. un. 2. F. 45. c. un. 2. F. 50. Borholt. de feud. cap. 7. rubr. de successione & c. n. 78. Vult. lib. 1. de feud. cap. 9. Gorhof. Anton. disp. feudal. 5. tb. 7. lit. b.

XXXIIX. Secus verò est de feudo paterno, in quo præter Domini etiam agnatorum consensus requiritur. c. un. §. sed etiam. 2. F. 3. c. un. §. e contrario. 2. F. 8. Barc. Schenck de feud. lib. 3. tit. 17. quia agnati in hoc feudo jus habent succedendi. c. un. §. hoc quoque. 1. F. 8. c. un. §. his verò. 2. F. 11. quod ipsis Dominus nulla ratione auferre & intervertere potest. c. un. in pr. 2. F. 39. Mynsing. 4. obs. obs. 85. Obrecht. de feud. lib. 3. cap. 8. num. 147. & seqq. quod adeò etiam procedit, ut Vasallus feudum antiquum ne quidem in agnatum remotiorem, in præjudicium agnati proximioris alienari possit, quin semper illud proximior revocare

D

& re-

& recuperare queat. *c. un. §. Titius. 2. F. 26. Schneidew. in epitom. feud. part. 7. cap. 1. n. 4. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 6. n. 10. & 20. Nobiliss. Struve in Exercit. feud. Exercit. 13. ib. 16.* Si vero sine consensu agnatorum alienatum fuerit, alienatio quidem vivo alienatore valet; mortuo vero eo, agnati jure suo uti & feudum revocare possunt. *c. un. §. hoc quoque. 1. F. 8. c. un. in pr. vers. et si clientulus. 1. F. 13. c. un. §. Titius. 2. F. 26. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 6. n. 59. & 60. Baro Schenk. de feud. lib. 3. tit. 17. vel etiam vivo alienatore, reddito pretio, jure proximiferos illud redimere. Hartm. Pistor. d. loc. & lib. 2. quest. 11. Mynsing. 4. obs. 85. quem admodum & filius vivo patre feudum alienatum restituito pretio revocare potest. arg. c. un. §. Titius. verb. pretio reddito etiam vivo Titio. 2. F. 26. Schrad. de feud. part. 8. cap. 7. num. 9. & seqq. Rosenthal. in synops. feud. cap. 9. concl. 87. n. 1. & seq. & concl. 88. n. 1. & seq. & num. 7. cum seqq. Nobiliss. Struve in Exercit. feud. Exero. 13. ib. 22.* Et si unus atque alter ex multis agnatis in eodem gradu existentibus alienationi consentiat, reliqui, qui non consenserunt, feudum alienatum non in solidum, sed pro sua duntaxat parte revocare possunt, uti eleganter docet *Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 7. n. 1. & seqq. & n. 24. & seqq.* Si autem feudum alienatum fuerit absque voluntate & consensu Domini, sive illud sit novum sive paternum, agnati illud revocare nequeunt, sed soli Domino, alienatore adhuc in vivis existente, aperitur. *c. un. in pr. vers. aut si libellario. 1. F. 5. c. un. §. ult. in fin. 2. F. 24. c. un. 2. F. 38. c. un. in fin. 2. F. 42. c. un. 2. F. 44. c. un. in pr. vers. callidis. 2. F. 55. quod tamen intelligendum minimè est, quasi perpetuò, exclusivè scilicet agnatis, penes Dominum maneat; sed tamdiu saltem, quamdiu alienator superstes est, eo vero defuncto ad agnatos devolvatur, secundum *Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 17. num. 13. Wultej. lib. 1. de feud. cap. 11. n. 157. Nobiliss. Struve in Exercit. feud. Exero. 13. ib. 10. Diss. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 59. num. 15. & seqq.**

XXXIX. Notandum autem hic quod dixi de alienatione sine consensu Domini facta, etiam recipere valere. ut Dominus feudum, hoc est, dominium suum directum alienare & sine consensu ipsius Vasalli ad alium transferre nequeat. *c. unic. §. firmi-*

ter

ter. 1. in fin. 2. F. 55. c. unic. §. ex eadem lege. 2. F. 34. Zasius de feud.  
 part. 9. n. 9. Baro Schenck. de feud. lib. 2. tit. 9. in fin. & lib. 3. tit.  
 12. Nobiliss. Struve in Exercitat. feudat. Exercit. 13. th. 1. nisi sum-  
 ma necessitate coactus: Nobiliss. Struve dict. loc. non tamen hoc  
 casu Dominus feudum alienans, proprietate ejus cadit, quemad-  
 modum Vasallus sine voluntate Domini alienans, jure suo cadit.  
 c. un. §. si quis. 1. F. 21. Baro Schenck. de feud. lib. 3. tit. 12. Nobiliss.  
 Struve in Exercit. feudat. Exerc. 13. th. 9. in fin. oppignorare verò  
 alii potest. Baro Schenck. de feud. lib. 3. tit. 31. scilicet absque  
 translatione possessionis, quia hæc alienatio, quæ fit à Domino  
 infcio & non consentiente Vasallo, est de alienatione strictè ita  
 dicta accipienda; qualis est illa, qua proprietas sive dominium  
 directum in alium omninò transfertur, & novus feudi Dominus  
 constituitur. Nobiliss. Struve in Exercitat. feud. Exerc. 13. th. 1.  
 Queritur igitur, an in dotem dari sine consensu Domini possit?  
 & 12. Si pater vel alius dotem in feudo fœminæ constituere velit,  
 aut maritus propter nuptias donare feudum, minimè hoc ipsis  
 concessum sit. c. un. §. donare. 2. F. 8. cap. nuper. 6. x. de donat. in-  
 ter vir. & uxor. Uxori vero, feudum quod habet, marito in do-  
 tem dare prohibitum non sit, c. un. 2. F. 13. c. un. 2. F. 17. quia præ-  
 cipua fœminarum utilitas est, quam ex bonis suis habent, ut pos-  
 sint indè dotari & propter dotem nubere. l. 2. ff. de jur. dot. &  
 quicumque feudum fœminæ concedit, videatur quoque potesta-  
 tem ipsi facere dotem in eo constituendi, in primis cum non so-  
 lum & ipsa maneat Domina dotis, l. 30. C. de jur. dot. sed etiam  
 maritus uxorem alere & omnia onera matrimonii ferre teneat-  
 ur, adeoque uxor eò ipsò, quò feudum in dotem dedit, adhuc  
 fructum ex feudo capiat: ac ipsi quoque feudi Domino hæc do-  
 tis constitutio potius profit quam noceat, cum enim uxoris con-  
 ditio ita reddatur melior, melius quoque providere poterit quo  
 debita servitia præstentur. Nobiliss. Struve in Exercitat. feudat.  
 Exercit. 13. th. 5. Non tamen feudum æstimatò in dotem dare  
 potest, quia æstimatio venditionis vicem obtinet, l. 5. l. 10. C. de  
 jur. dot. nec pactum, quod maritus debeat lucrari dotem, adijce-  
 re. c. un. 2. F. 13. Nobiliss. Struve sup. dict. loc.

XL. Et quamquam Vasallus sine voluntate Domini feu-

187  
dum alienare non possit, alii tamen aequali & ejusdem conditio-  
nis viro, per subinfeudationem in infinitum concedere potest,  
puta, si Vasallus sit miles & in alium militem subinfeudationem  
fecerit, qui Domino nec secus nec segnius ac prior Vasallus ser-  
viro possit; item si eadem lege qua id primò acceptum fuit, con-  
cedat. *c. un. §. similiter. 2. F. 34. Baro Schenck. ad hunc §. tract. de  
feud. lib. 3. tit. 12. 2.* Si in proximum agnatum libellario contra-  
ctu feudum sine consensu Domini transulerit, alienatio substi-  
tit. *c. un. in fin. 1. F. 13.* quia non intelligitur tunc alienatio seu li-  
bellatio propriè fieri, sed quadam potius quasi refutatio. *c. un.  
in pr. 2. F. 39. Baro Schenck. de feud. libr. 1. tit. 13. §. lib. 2. tit. 9.*  
3. Si eo pacto ab initio sit concessum, ut liberè alienari possit.  
*c. un. 2. F. 48. Nobiliss. Struve in Exercit. feudals. Exerc. 13. rhes. 13.*  
4. Si Vasallus rædio feudi captus illud Domino resignet & resur-  
ret, quod etiam ipso invito facere potest. *c. un. 2. F. 38. & demique*  
5. Si transactione bona fide non fraudulentè inita, hoc in advet-  
sanum traducat. *c. un. 2. F. 43. Baro Schenck. de feud. lib. 3. tit. 31.  
Sonsbec. tract. de feud. part. 12. n. 96.*

XLI. Ultimo denique loco alienari etiam legibus prohibe-  
bentur; domus negotiandi causa ut destruat, *l. 51. ff. de con-  
trah. emt. l. 41. cum l. seq. ff. de legat. 1. Wesenbec. in r. ff. de con-  
trah. emt. ne urbium aspectus ruinis deformetur. & Venena, nisi  
adjectione alterius materia fieri possint salutaria. l. quod sap. 35.  
§. veneni. 2. ff. de contrah. emt.*

Causa For-  
malis.

XLII. Sequitur nunc causa formalis. Causa alienationis  
Formalis est, ut alter det alter accipiat; vel, est ipsa Conventio.  
Et potest vel purè, vel in diem vel sub conditione fieri alienatio.  
*§. emtio. 4. §. de emt. & vendit. & r. C. de condit. inferr.* verbis  
directis vel indirectis. *§. fin. 7. de singul. reb. per fidei commiss. re-  
lict. l. 18. ff. de legat. 1.* etiam inter absentes & ignotos, per Pro-  
curatorem, nuncium aut epistolam. *l. 4. l. 10. ff. de donat. l. 6.  
l. 29. C. de d. l. 1. §. 2. ff. de contrah. emt. l. 2. §. 1. ff. de O. & A. nec  
interest, utrum in scriptis. l. 13. l. 20. l. 25. C. de donat. aut sine  
scriptura, l. 2. ff. de contrah. emt. l. 29. C. de donat. celebretur, nisi  
sit aliqua donatio, quæ summam 500. aureorum excedat, quæ, ne  
prodigaliter quis liberalitatem suam exerceat, & expediat rei-  
publi.*

publ. neminem re sua abuti. §. 2. *J. de his, qui sunt sui vel alien. jur. in acta publica redigi, Magistratibusque insinuari debet. l. 27. C. de donat. §. alia autem. 2. J. eod. l. 30. l. 31. C. eod. excepta donatione Principum & Imperatoris, l. sancimus. 34. C. d. tit. nec aliter ratificatur, quam si publica scriptura interveniat. Wesenbec. in *ω. ff. de donat. n. 6.* nec morte etiam confirmari potest, *l. 25. C. de donat. inter vir. & uxor.* nisi quatenus est infra summam 500. aureorum, *d. l. 34. C. de donat. & expressa donantis contestatione confirmata. d. l. 25. C. de donat. inter vir. & uxor.* quia ejusmodi contestatio est loco ultimæ voluntatis, seu donationis mortis causa; quæ talem insinuationem non desiderat. *l. fin. C. de donat. mort. caus. Wesenbec. in *ω. ff. de donat. n. 6. Schurff. consil. 6. & 46. cent. 1.* Imò juramentum etiam defectum insinuationis supplet, de Jure Canonico, *Geill. 2. obs. 39.***

XLIII. Causa alienationis Finalis est, ut vel dominium, *Causa Finalis.* vel jus ab alienante in accipientem transferatur. Non igitur alienat, qui hereditatem delatam non vult acquirere; quoniam alienare non videtur qui non acquirit. *l. 4. l. 6. §. 1. ff. que in fraud. Creditor. l. si paterna. 3. C. eod. l. non fraudantur. 134. ff. de R. J. l. 26. ff. de jur. fisci. Wesenbec. part. 1. consil. 11. n. 24. & repudiata hereditas nunquam quaesita intelligitur. l. 1. C. que in fraud. Creditor. etiam quæ liberis ipso jure quaeritur. d. l. si paterna. 3. C. d. tit. l. 5. C. de repud. vel abstinent. hered. Socin. libr. 4. consil. 77. n. 5. Wesenb. part. 1. consil. 11. n. 25. & nihil accipit qui rem propriam emit, cum rem propriam frustra emat emtor; *l. 16. ff. de contrab. emt. l. 21. ff. de usurpat. & usucap. quia quod ejus est amplius illius fieri nequit. §. sed si rem. 10. J. de legat. §. sic itaq; 14. J. de action. qua ratione nec Domino res sua, nisi sub conditione, quæ existente, legatarii jam esse desiderat, rectè legatur. l. si rem. 30. ff. de V. O. & ibi Donell. Wesenb. in *ω. ff. de legat. 2. n. 4.* item si dominium ejus ex causa onerosa legatarius habeat, §. si res aliena. 6. J. de legat. Treutler. volum. 2. disp. 13. th. 5. lit. f. vel Testator jus habeat aliquid in re, vel alius quidam. hoc enim casu legatum potest esse utile legatario; quia tunc Testator videretur legare illud jus, quod legatario & sic dominio rei deest. *l. 71. ff. pen. & ult. ff. de legat. 1.* Unde si res tua, quam alteri obligasti vell**

oppignorasti, tibi legata fuerit, heres tenetur ad redimendam  
eam. *l. si tibi homo. 63. ff. de legat. 1.* & sic omnibus debitoribus  
etiam ea res quae debentur, rectè legantur, licet Domini earum  
sint. *l. 1. l. liberationem. 3. ff. de liber. legat. §. ff. quis. 13. f. de legat.*  
Maritus quoque Uxori dotem legare potest; quia legata pleni-  
us est quam de dote actio. *§. sed si. 15. f. de legat. 1. un. §. cum.*  
*autem 7. verb. ex actio. C. de rei uxor. actio. l. 64. ff. de furt.* Si  
quis autem sciens prudensque rem emerit ab eo, cui bonis inter-  
dictum, vel cui tempus ad deliberandum de hereditate ita datum  
est, ut ei diminuendi facultas non sit, rei dominium non acqui-  
rit. *l. si sciens. 26. ff. de contrab. emr.*

*Effectus.*

XLIV. Effectus alienationis varius est, prout est causa ex  
qua alienatio provenit. Sic si ex causa emtionis & venditionis  
alienatio facta sit, competit actio emti & venditi. *l. 1. ff. C. de  
act. emr. & vendit.* ex causa mutui, condictio certi. *pr. f. quib.  
mod. re contrab. oblig. l. certi condictio. 9. ff. de reb. credit.* ex causa  
legati, ad id consequendum legatario tres competunt actiones:  
Rei Vindicatio, Hypothecaria & personalis. *l. 1. §. 2. C. commun.  
de legat. Schnobel. ad pandect. disp. 17. tb. 22.* & sic consequenter  
pro variis causarum figuris. Ex causa donationis verò, si res do-  
nata tradita nondum fuerit, & nudum tantum pactum interve-  
nerit, competit donatario actio quae condictio ex lege appella-  
tur; quoniam competit ex nova constitutione *l. si quis argen-  
tum. 35. §. fin. C. de donat. Nov. 162. cap. 1. Wesenb. in v. ff. de do-  
nat. n. 7.* aut si stipulatio annexa fuerit donationi, ex stipulatu  
agetur. *d. Nov. 162. cap. 1. Treutl. volum. 2. disp. 19. tb. 7. lit. b. lū-  
terdum etiam rei vindicatio, instrumentis scilicet rei donatae  
traditis. l. 1. C. de donat. nec ea quae semel ritè donata sunt, a-  
missione instrumentorum revocari queunt, l. 2. C. de revocand.  
don. nec alienatione à donante postea facta, l. 3. C. d. rit. nec alle-  
gatione doli, l. 4. C. eod. aut rescripto Principis, l. 5. C. d. rit. aut prae-  
textu etiam absentiae ejus, cujus consensus necessariò & ex juris  
solennitate non requiritur. l. 6. C. eod. licet aliis modis revocari  
permissum sit; puta si conditio, modus aliave pasta adjecta quae  
jure subsistunt, non serventur. l. 1. §. 1. C. de donat. quae sub mod.  
2. ob ingratitudinem ex causis jure expressis. l. 1. aut b. quod mater.  
l. pen.*



*l. pen. & l. fin. C. de revocand. donat.* 3. ob supervenientes liberos. *l. ff. unquam.* 8. *C. d. tit. Cujac. 20. obs. 5. Mysing. 5. obs. 63. Nobiliss. Struve in Exercit. feud. Exerc. 13. th. 4.* Summa, alienationis effectus est, quod accipiens, si à vero Domino ipsi res sit legitimè tradita, sive à non Domino, legitimo tamen tempore usu capta, possit eà uti, & pro arbitrio tanquam verus Dominus liberè de eà disponere. *l. 21. C. mandat. & si fortè rem amiserit, rei vindicationem intentandam habeat. l. actionem. 25. ff. de O. & A. contra quemvis possessorem, l. 9. ff. de rei vindic.* etiam eum qui dolo defuit possidere. *l. 27. §. sed & is. 3. l. 36. ff. d. tit.* nec non qui liti spontè se obtulit, eamque secum contestari passus est. *l. 25. ff. eod.* Donatio verò à Patre facta filio in potestate constituto, rata non est. *l. 11. l. 17. C. de donat. l. donationes. 25. C. de donat. int. vir. & uxor.* nisi facta emancipatione, morte patris, juramento & aliis modis confirmetur. *Geill. 2. obs. 38. Mysing. 4. obs. 75.* item donatio quæ constante matrimonio fit inter conjuges ob nullam causam, & ideò à doto maximè differt, est invalida, quod ideò primò moribus receptum est, ne mutuato amore invicem spoliarentur, neque concordia pretio conciliari videretur, atque ea ratione eveniret, ut venalia essent matrimonia, donationibus non temporantes, sed profusà ergà se facilitate melior in paupertatem incidere, deterior vero ditior fieri diceretur. *l. 1. 2. & 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. Paul. lib. 2. tit. 23. Ulpian. tit. 7.* & post eà oratione Imperat. Antonini Augusti in senatu habita, confirmatum est. *l. 3. l. 32. ff. d. tit.* quæ prohibitio tamen ad illas donationes minimè pertinet, quæ neque donantem pauperiorem, *l. 8. C. eod. cap. nuper. 6. x. eod.* neque accipientem locupletiorē reddunt. *l. 5. §. 8. l. 7. §. 1. ff. eod. Wesenbec. in 20. ff. de donat. int. vir. & uxor. n. 4.* sed eatenus tantùm hæ donationes revocantur, quatenus accipiens invenitur factus locupletior. *d. l. 7. §. 1. ff. d. tit. l. 5. §. 8. ff. eod. l. 17. C. eod.* Confirmatur tamen donatio inter conjuges facta morte ipsius donatoris, *l. 32. §. 3. ff. eod. l. 25. C. eod.* nisi summam 500. aureorum excedat, de quibus supra *th. 42.* Sed quaritur hic, an etiam donatio reciproca constante matrimonio inter conjuges facta, quod si unus è vivis excedat, bona prædefuncti ad superstitem pervenire debeant, jure subsistat? Et quam-

quamvis tale pactum inter paganos non valeat. *l. 19. C. de pact.*  
cum sit pactum de futura successione, quod jure improbat. *l. 15. l. fin. C. eod.* attamen contrariam sententiam veriore, &  
consuetudine invaluisse, atque in Camera Imperii Judicando firmatam esse, testatur *Mynsing. 2. obs. 33.* Denique alienatio etiam,  
quæ facta est in fraudem Patroni non valet, ad diminuendam videlicet Patroni portionem, nec interest utrum mortis causa facta sit an non? omni enim modo revocatur. Si vero eam proponas mortis causa esse factam, quod tibi probandum est, non queritur, utrum dolo facta sit an non? quia detrahitur id quod patrono debetur, *l. 1. pr. §. 1. ff. si quid in fraud. patron.* sicuti in legatis, legitima vel falcidia. *l. 1. §. pen. ff. ad SCum. Trebell. l. fin. §. 10. C. de jur. dot.* mortis causa enim donationes æquiparantur legatis. *l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. patron. Wesenb. in w. ff. ad b. 1. n. 2. §. 3.* Sic etiam alienatio, quæ facta est in fraudem Creditorum, non subsistit, sed per actionem Paulianam rescinditur. *§. item si quis. 6. f. de act. §. ibi Dd.* Et tantum de Alienatione. Integer quidem de hac materia potuisset conscribi tractatus, sed ne morem disputandi excedere videar, hic calamo impero.

DEO itaque sit

LAUS, HONOR & GLORIA.

*Cl. & Præstantiss. Dn. Doctorando, Fautori & Amico  
suo pl. dilecto & colendo.*

**H**Actenus assiduâ Canonum legumque volumen,  
Sedulitate manus tua volvit: & alma vicissim  
Te voluit nutrire Themis, lataque peritas  
Falce tua jussit cum fœnore carpere fruges,  
Et prompta est gemini persolvere juris honorem.  
De quo fausta precor. Rata sint mea vota, precesque!

*Currente crenâ f.*

Christoph. Philip. Richter/D. Com. P. C.

Prof. P. Fac. Jur. Sen. & p. t. Decanus.

*Felix*

**F**elix ingenio, decore Felix  
 O Bræmsi! Themidi sacer camille!  
 Si quis Cecropiâ satur Minervâ,  
 Et si quis Latia ebrius Camenâ,  
 Recti si studiosus est & equi,  
 Et leges coluit severiores,  
 Et dispungere scit negociorum  
 Otiq; vices honestioris,  
 Et qui robore mentis alta tentat,  
 Bræmsi tute suas suat ve nemo.

**Felix ingenio, decore felix**  
 O Bræmsi! Themidi sacer camille!  
 Et tu robore mentis alta tentas,  
 Et dispungere gnaruris negoti,  
 Otiq; vices clus honesti.  
 Et legum recolis sacas rubricas,  
 Et recti studiosus es, bonig,  
 Et tinctus Latia nimis Camenâ,  
 Et Grajâ madidus satis Minervâ.

**Felix ingenio, decore felix**  
 O Bræmsi, Themidi sacer Camille-  
 Nunc Astræa lares tibi sacratos  
 Nunc pandet, titulosq; cum coronâ  
 Phæbeâ simul offeret. Prebende  
 Quandocuq; voles, laboriosi  
 Juris premia, muricem superbum,  
 Laureamq; togamq; pileumq;  
 Gloria vadimonium futura.

O Bræmsi, Themidi sacer camille!

**Felix ingenio, decore felix!**

Officii gratiâ scripsit

PRÆSES.

E

Wett

**W**eil gleichsam die Natur den Menschen eingegeben/  
Dass sie von Kindheit an nach hohen Ehren streben/  
Ist ja ein gut Gerücht das allerhöchste Gut/  
Ja tausend Lobes werth ein edler Helden Muth.  
Es müste ja ein Hund und Selave seyn gebohren/  
Ja gar zur Dienstbarkeit vom Glück seyn erkohren/  
Den nicht bewegen solt ein tugendhafter Ruhm/  
Der nicht begehren solt zu seinem Eigenthum/  
Die Unvergänglichkeit/wer ist doch der nicht liebet/  
Was Fama theilhet aus und übervöllig gibet  
Nach ausgestandnem Fleiß/ derselbe stirbet nicht/  
Der angezündet hat das edle Jugend-Licht.  
Die Heyden ziehen selbst hervor für andern allen/  
So uns das Glück gibt/ die Ehre die erschallen  
Pfleget auff ein gutes Werck/ weil Schönheit/ Gut und Geld  
Am meisten wird geschendet der Laster-vollen Welt.  
Ein unsterblicher Nam wird aber nur gegeben  
Denselben/ die genibt ein Tugendhaftes Leben/  
Die Ehre folgt auff Kunst/ diß ist der beste Lohn/  
Den du erwerben kanst/ Owerther Musen Sohn.  
Durch eine tapffre Hand/ durch Kunst-beredte Zungen/  
Durch Tugend und durch Fleiß wird aller Ruhm erzwungen/  
Die ganze Welt regiert/ was würde doch bestehn  
Wenn Ehre mit der Kunst/ solt gänzlich unter gehn.  
So süsse ist der Ruhm das Güter/ Blut und Leben/  
So mancher edler Held zum Pfande hat gegeben/  
Wer nach den Ehren strebt/ der gibet an den Tag.  
Wie er gesinnet ist/ und was sein Geist vermag.  
Ihr/ werther Freund/ thut recht/ daß gleichfals ihr erwerbet/  
Wolt einen solchen Ruhm/ der weiß von keinem sterben/  
Jahrt/ weiter also fort/ so wird in kurzer Zeit  
Euch werden dieser Lohn/ den Jeshu auch bereit.

Seinem Hochgeehrtem Freunde und Lieberem  
hem Tischgenossen schrieb dieses zu Ehren.

Friederich Casimir Herr zu Elg.

Luc

**E**uelio, sacra famēs cuius cor lancinat auri,  
 Qui sua Mercurio fert vota, nec a quora surda,  
 Tempora nec brumæ, rapidos nec defugit æstus;  
 Esuriem atque sitim perpellus, transigit horas  
 Insomnis noctis, perentat & ardua quæque,  
 Ut possit frui tandem conatibus: illum  
 Pluribus ærumnis sic spes incerta lucelli  
 Exponit variè Te, conterraneæ Brômfi,  
 Nobilior tangit fervor, passu tu fana frequenti  
 Astrææ calcas, virtutis pectora gliscunt  
 Flabris, dum solidè celfo de ponte cathedræ  
 Quomodo nostra, doces, res cedat in altera iura  
 Ingenii facilis tua dona Themista respexit,  
 Et summos juris titulos, quos appetis, ulnis  
 Offert ambabus. Meritos ego grator honores.

*Quod gratulabundus adijciebat*  
 Anthon Gunther Uimius Oldenburg.

1. **W**enn empor die Tugend schwebet  
 Und in vollen Ehren lebet/  
 Wird sie mehr und mehr geliebt/  
 Wer den Künsten sich ergiebt/  
 Wird nicht ohne Ruhm bestehen  
 Und bis an die Wolcken gehen.
2. Alle Künste/ alle Gaben  
 Einen schweren Anfang haben;  
 Aber einen schönen Lohn/  
 Tugend setzet auff die Kron.  
 Denen/ die beständig stehen/  
 Frewdig durch das Trübe gehen.
3. Wer sich selbst nicht lezt schrecken  
 Mit den Dornen/ die da stecken  
 In der Künste Anfangs Bahn/  
 Der geht endlich Himmel an:  
 Tugend muß zulezt bestehen.  
 Und bis an die Wolcken gehen.

4. Wer



4. Wer die Wollust leset schleichen  
Sanffte hin zu ihres gleichen/  
Ihr den Rücken kehret zu  
Vnd verachtet alle Ruh/  
Der wird endlich wol bestehen  
Vnd bis an die Wolcken gehen.
5. Tugend reicher zwar von fernem  
Durch das blaue Dach der Sternen  
Einen schönen Ehren-Kranz/  
Der umhero ganz und ganz  
Muß in scharffen Dornen sitzen  
Auch bis an die Berges Spitzen.
6. Wenn man aber durch gedrungen/  
Vnd es einmal recht gelungen  
Wird erobert grosser Ruhm  
Vnd ein schöner Eigenthum/  
Unverderblich wird er stehen/  
Alle Nachwelt wird ihn sehen.
7. Diese Ehre wird auch können  
Euch/Herr Brömse/reichlich gönnen  
Ewer angewendter Fleiß/  
Fama gibt euch diesen Preis/  
Daß ihr werdet wol bestehen  
Vnd bis an die Wolcken gehen.

Glückwünschend setze dieses bey Aunehmung  
höchster Ehren seinem hochgeehrtem Herrn  
Zischgenossen und brüderlichem Freunde  
Werner Dietrich Martens/von Salskiv.



00 A 6343

ULB Halle


002 928 566

3



1. Rine ✓ VD 17







INAUGURALIS  
IDICA  
*De*  
ATIONE,

*Quam*  
t. Max. Adjuvante  
TE AC DECRETO  
*sini* Jctorum Ordinis in

SALANA  
ESIDE  
IRO

*simo, Consultissimo atque Ex-*  
*cellentissimo*

NE STRAUCHIO,  
nec non Pandect. Profefs.

onsiliario Saxonico, Dicafterii  
Assessore gravissimo, Dn. Patro-  
que Promotore suo aeternum  
colendo,

ICENTIA

Nobilis Doctræ gradum ejus-  
ilegia & insignia competenter ac  
consequendi,

*torum Examine submittit*

GUNTHERUS Brömß/

ENBURGENSIS.

TORIO JCTORUM

em Aprilis.

graphæo JOHANNIS NISII,  
no clo loc LIII.

